



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 102. Exiguus Christianorum urbem propugnantium numerus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV. tæ naves, quæ hostium incursum pro-
 A. C. 1453. hiberent.

§. CI.

*Turcarum naves terrestri itinere
 adductæ.*

Phranz.

l. 5. c. 10.

Chalcon. l. 8.

Ubi autem alia, quæ priori longe vali-
 dior erat, Turcarum classis advene-
 rat, stupendum facinus Turcæ moliti
 sunt, ut referunt Scriptores; rem enim
 non nostra, sed aliena fide describimus.
 Fertur, quod Turcæ diversas adhibendo
 Machinas in elevatum terræ locum se-
 ptuaginta naves adduxissent, easque per
 declivia in portum tanta solertia devol-
 vissent, ut intra unius noctis angustias oc-
 to millium passuum iter conficerent, ipsis
 etiam stupentibus Græcis, ac de rebus
 suis tum maxime desperare incipientibus,
 cum mox pontem a Turcis constructum
 viderent, ex quo tormentis urbs quate-
 retur.

§. CII.

*Exiguus urbem propugnantium
 numerus.*

Sic urbe omni ex parte cincta, Impera-
 tor milites suos in plures copias ad
 eam propugnandam distribuere compul-
 sus est. Phranzes, in hac obsidione re-
 rum gestarum testis, memoriæ proditum
 relinquit,

reliquit, quod Virorum armis aptorum Sæcul. XV.
 numerus in urbe, præter bis mille extra- A.C. 1453.
 neos, quinque tam Monachorum quam
 laicorum millia haud excefferit. Unde sat
 mirari non possumus, quod Constantinus,
 cui a longo tempore bellica Mahometis
 consilia probe comperta erant, in tam
 ampla, tamque frequenti urbe haud po-
 tuerit colligere numerosum magis exer-
 citum, quo Turcis dubiam saltem redde-
 ret victoriam. Cum vero Historici refe-
 rant, quod quadraginta hominum millia *Phranz. l. 3.*
 in civitate a Turcis necata fuerint, & *cap. 17.*
 sexaginta millia capta, certe ad horum
 censum vocari debet multitudo incola-
 rum inutilis, ac gerendis armis inepta.
 Ceterum non desunt, qui numerum di-
 micantium augentes, sex millia Græco-
 rum, tria exterorum, qua Venetorum, qua
 Genuensium exstitisse scribunt. Sed
 quid demum hoc ad tantam Turcarum
 copiam, quorum numerum trecenta, aut
 omnino quadringenta armatorum mil-
 lia, & trecenta ac amplius belli navigia
 confecisse, Chalcondyles testatur. Ni-
 hilominus hostium numerus, atque po-
 tentia civium animos superare non po-
 tuisset, quinimo haud dubie Turcarum
 conatibus tardior obsidionis successus col-
 lussisset, nisi Mahometes suas inter copias
 quemdam numerasset Hungarum, qui
 non solum mira dexteritate explodere
 Z 3 noverat,

Chalcond. l. 3.

Sæcul. XV.
A. C. 1453.

noverat, sed etiam tam raræ longitudinis atque crassitudinis tormenta fundere, ut hæc ducentarum librarum lapideos globos facile excuterent. Fertur quoque, eundem Pyrobolarium inter ceteras Mahometi adeo proceram construxisse machinam, ut ei trahendæ adhiberi debuerint septuaginta juga boum, & Viri bis mille, ejusque tonitru finitima regio usque ad quinque millia passuum circumcirca concuteretur; lapis vero, quem tormentum illud novem pedibus ore patens vibrabat, mille ducentas libras ponderasse scribitur. Attamen adeo stupendæ rei fides merito nobis suspecta est, utpote a Græcis relatæ, qui semper facta, quæ narrant, immodice efferre solent. Ceterum hujus tormenti artifex Religioni Christianæ addictus erat, ac primo militare suum obsequium Græcorum Imperatori obtulit, a quo tamen minus benigne exceptus, Mahometem adiit; hic eum illico magnis muneribus auxit, ac successu temporis ampliores spes ei fecit. Verum magna ista bombardæ, cum exploderetur, in frustra diffiliens, inter plurimos alios misere enecatos, proprium suum inventorem discerpit. Sultanus eandem denuo fundi jussit, ceteras omnes interea machinas muris dejiciendis tanto adnifu admovens, ut globorum ac flammæ tempestate die noctu-
que

que continuata, breuique omnibus urbis ^{Sæcul. XV.}
propugnaculis penitus everfis, amplæ u- A C. 1453.
bique ad irrumpendum ruinæ paterent.

§. CIII.

*Constantinopolis ingenti furore a
Turcis oppugnata.*

Eodem tempore Mahometes undique
fossas impleri iussit, ipseque horta-
tu suo laborantium solertiam stimulabat,
felici adeo successu, ut Turcæ Principis
sui præsentia accensi, tanto ardore opus
aggrederentur, ut plurimi tumultuarie
concurrentes ob mutuam compressionem
pedibus conculcati, aut terra obruti pe-
rissent. Paulopost horrenda admodum
sagittarum, lapidum, & globorum tempe-
stas omni ex parte obsessorum impete-
bat capita; ejusmodi enim furore Turcæ
Christianos dispergere, ac suis stationibus,
quas tuebantur, propulsare conabantur.

§. CIV.

*Suppetiæ a Genuensibus, Justiniano
duce Græcis latæ.*

Genuenses, cum tam arcem quam Ga-
latam, sive Peram, oppidum sat exi-
guum e regione portus situm occupas-
sent, propriæ utilitatis studio animati,
Constantinopolitanam urbem tueri sta-
tuebant;